Oblatiónibus nostris, quæsúmus, Dómine, placáre suscéptis: et ad te nostras étiam rebélles compélle propítius vo luntátes. Per Dóminum...

Mira, Señor, benignamente los dones de la Iglesia suplicante; y haz que los fieles los reciban para su salud y perpetua santificación. Por nuestro Señor...

### ❀ Prefacio de la Sma. Trinidad ❀

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ , sed in unius trinitate substantiæ . Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ , sempiternæ que Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur æ qualitas. Quam laudant Angelis atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, el darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor santo, Padre omnipotente, Dios eterno. Que con tu unigénito Hijo, y con el Espíritu Santo, eres un solo Dios, un solo Señor; no en la unidad de una sola persona, sino en la Trinidad de un sola substancia. Por lo cual, cuanto nos has revelado de tu gloria, lo creemos también de tu Hijo y del Espíritu Santo, sin diferencia ni distinción. Confesando una verdadera y eterna Divinidad, adoramos la propiedad en las personas, la unidad en la esencia, y la igualdad en la Majestad. La que alaban Ángeles y Arcángeles, Querubines y Serafines, que no cesan de cantar a diario, diciendo a una voz:

*Regrese al Sanctus, en el ordinario*

### ❀ Comunión: Salmo, 17, 3 ❀

Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus: Deus meus adiútor meus.

El Señor es mi firme apoyo, y mi refugio, y mi libertador. Dios mío y auxiliador mío.

### ❀ Poscomunión ❀

Mystéria nos, Dómine, quǽsumus, sumpta purífícent: et suo múnere tueántur. Per Dóminum...

Purifíquennos, Señor, los santos misterios que acabamos de recibir; y haz que con su eficacia nos defiendan. Por nuestro Señor...

Cortesía Una Voce México
Disponible en: www.propria.org/espanol/



# Propio de la Misa

## Domingo cuarto después de Pentecostés

### Catedral de San Juan Evangelista



*De hoy en adelante serás pescador de hombres.*

### ❀ Introito: Salmo 26, 1 y 2 ❀

Dóminus illuminátio mea et salus mea, quem timébo? Dóminus defénsor vitæ meæ, a quo trepidábo? qui tríbulant me inimíci mei, ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt. *Salmo 26, 3.* Si consístant advérsum me castra: non timébit cor meum. ℣. Glória Patri.

El Señor es mi luz y mi salvación, ¿a quién temeré? El Señor es el defensor de mi vida, ¿de quién temblaré? Mis enemigos que me atribulan, han flaqueado y caído. *Salmo 26, 3.* Aunque se enfrenten ejércitos contra mí, no temerá mi corazón. ℣. Gloria al Padre...

*Regrese al Kyrie, en el ordinario*

### ❀ Oración o Colecta ❀

Da nobis, quǽsumus, Dómine: Ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur; et Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur. Per Dóminum...

Concédenos, Señor, te suplicamos, que sea dirigida por el orden de tu Providencia la marcha del mundo; y que tu Iglesia se alegre en tu servicio en la tranquilidad. Por nuestro Señor...

*Continúe con la epístola, el gradual, el aleluya y el Evangelio.*▼

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romanos.

## ❁ Epístola: Romanos 8, 18-23 ❁

FRATRES: Exístimo quod non sunt condígnæ passiónes huius témporis ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. Nam exspectátio creatúræ revelatiónem filiórum Dei exspéctat. Vanitáti enim creatúra subiécta est, non volens, sed propter eum, qui subiécit eam in spe: quia et ipsa creatúra liberábitur a servitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei. Scimus enim quod omnis creatúra ingemíscit et párturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primítias spíritus habéntes: et ipsi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei exspectántes, redemptiónem córporis nostri: in Christo Iesu Dómino nostro.

℟. **Deo grátias.**

HERMANOS: Creo que los sufrimientos de la presente vida no son comparables con la gloria venidera, que se ha de manifestar en nosotros. Así las criaturas todas ansían la manifestación de los hijos de Dios. Porque se ven sujetas a la vanidad, no de grado, sino por causa de Aquél que las puso en tal sujeción; esperando también ellas ser redimidas de esa servidumbre de la corrupción, para participar de la libertad y gloria de los hijos de Dios. Porque sabemos que hasta ahora todas las criaturas están suspirando y como con dolores de parto. Y no solamente ellas, sino también vosotros mismos, que tenemos ya las primicias del Espíritu Santo, suspiramos de lo íntimo del corazón, aguardando el efecto de la adopción de los hijos de Dios, la redención de nuestro cuerpo, en Jesucristo Señor nuestro.

## ❁ Gradual: Salmo 78, 9 y 10 ❁

PROPÍTIUS esto, Dómine, peccátis nostris: nequándo di cant gentes: Ubi est Deus eórum?℣. Adiuva nos, Deus salutáris noster, et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

SÉ propicio, Señor, en perdonar nuestros pecados, para que no digan las gentes: ¿Dónde está tu Dios? ℣ Ayúdanos, oh Dios, Salvador nuestro; y líbranos, Señor, por la honra de tu nombre.

**Allelúia**, allelúia. ℣. *Ps. 9, 5 et 10.* Deus, qui sedes super thronum, et iúdicas æquitátem: esto refúgium páuperum in tribulatióne. Allelúia.

**Aleluya**, aleluya. ℣ *Salmo 9, 5 y 10.* Oh Dios, que estás sentado sobre el Trono y juzgas con rectitud; sé refugio de los pobres en la tribulación. Aleluya.

✠ *Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam:*
℟. **Gloria tibi, Dómine.**

## ❁ Evangelio: Lucas 5, 1-11 ❁

IN ILLO TÉMPORE: Cum turbæ irrúerent in Iesum, ut audírent verbum Dei, et ipse sta bat secus stagnum Genésareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatóres autem descénderant et lavábant rétia. Ascéndens autem in unam navim, quæ erat Simónis, rogávit eum a terra redúcere pusíllum. Et sedens docébat de navícula turbas. Ut cessávit autem loqui, dixit ad Simónem: Duc in altum, et laxáte rétia vestra in captúram. Et respóndens Simon dixit illi: Præcéptor, per totam noctem laborán tes, nihil cépimus: in verbo autem tuo laxábo rete. Et cum hoc fecíssent, conclusérunt píscium multitúdinem copiósam: rumpebátur au tem rete eórum. Et annué runt sóciis, qui erant in ália navi, ut venírent et adiuvá rent eos. Et venérunt, et implevérunt ambas navículas, ita ut pene mergeréntur. Quod cum vidéret Simon Petrus, prócidit ad génua Ie su, dicens: Exi a me, quia homo peccátor sum, Dómine. Stupor enim circumdéderat eum et omnes qui cum illo erant, in captúra píscium quam céperant: simíliter autern Iacóbum et Ioánnem, fílios Zebedǽi, qui erant sócii Simónis. Et ait ad Simónem Iesus: Noli timére: ex hoc iam hómines eris cápiens. Et subdúctis ad terram návibus, relíctis ómnibus, secúti sunt eum.

℟. **Laus tibi, Christe.**

EN AQUEL TIEMPO: Hallándose Jesús junto al lago de Genesaret, las gentes se agolpaban en torno suyo, ansiosas de oír la palabra de Dios. En esto vió dos barcas a la orilla del lago, cuyos pescadres habían bajado, y estaban lavando las redes. Subiendo, pues, a una de ellas, que era de Simón, pidióle la desviase un poco de la orilla. Y sentándose dentro, predicaba desde la barca al numeroso gentío. Acabada la plática, dijo a Simón: guía mar adentro, y echad vuestras redes para pescar. Replicóle Simón: Maestro, toda la noche hemos estado fatigándonos, y nada hemos cogido; no obstante, fiado en tu palabra, echaré la red. Y habiéndolo hecho, recogieron tan gran cantidad de peces, que la red se rompía. Por lo cual hicieron señas a sus compañeros de la otra barca, de que viniesen a ayudarles. Vinieron luego, y llenaron con tantos peces las dos barcas, que poco faltó para que se hundiesen. Viendo esto Simón Pedro, echóse a los pies de Jesús, diciendo: ¡Apártate de mí, Señor, que soy un hombre pecador! Y es que el asombro se había apoderado así de él como de todos los demás que con él estaban, en vista de la pesca que acababan de hacer; lo mismo sucedía a Santiago y a Juan, hijos de Zebedeo y compañeros de Simón. Entonces dijo Jesús a Simón: No temas; de hoy en adelante serás pescador de hombres. Y ellos, sacando las barcas a tierra, dejáronlo todo y le siguieron.

*Regrese al Credo, en el ordinario*

## ❁ Ofertorio: Salmo 12, 4-5 ❁

ILLÚMINA óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte: nequándo dicat inimícus meus: Præválui advérsus eum.

ALUMBRA mis ojos, para que no me duerma yo jamás en la muerte; no diga mi enemigo: ¡He podido más que él!

*Continúe con la Secreta en la siguiente página*

## ❁ Secreta ❁